

fuis appofuerunt, fecundum quos legunt & cantant, vid. Montfaucon. Palæogr. p. 357. & p. 260. & hunc cantandi modum ex prima Christianorum Ecclesia, qui plerumque Judæi fuerunt, fine dubio acceperunt. Quale itaque erit boni interpretis officium? 1) in lectione voces fervis notatas conjunctim legat, & 2) in versione eas grammaticè conſtruat & latinorum more diſtinguat, ita tamen, ut verſio cum hebræorum diſtinctionibus legi & intelligi poſſit. Sic ſtatim apparebit, quæ diſtinctiones & conjunctiones ſint oratoriæ. Nunc videamus argumentum Frankii. Quic. voces in hebræo codice conjunctas conjunctim legit, & in verſione latina eas diſtinguit, ille ſibi contradicit. Atqui. E. Nugæ.

§. XXIII.

Contradictiones quoque fingit Frank. occasione Anomalorum, a Cl. Viro explicatorum, & ad regulam redactorum. Principium Cl. Viri eſt omnes feros conjunctim eſſe legendos, in verſione vero voces eſſe Grammaticè conſtruendas & diſtinguendas, vid. §. præced. Sic nulla dantur anomala. Sed cum Fr. iterum lectionem cum verſione confunderet, eum ſibi contradixiſſe dixit, quaſi ea diſtingueret, quæ conjungenda eſſent. Videamus exemplum Joſ. XI, 51.

Quas diſtribuerat Eleaſar Sacerdos, & Joſua filius Nun.

In hoc loco quatuor voces a Punctatore conjunctim leguntur, & poſt quartam Pſik minor diſtinctivus ponitur; Deinde tres voces conjunguntur & diſtinctio ⁹⁹ in Nun ponitur, quem puncto expreſſi. Verſionem ſecundum hæc puncta lectam, convenire cum accentibus, patebit conferenti. Senſum verum etiam in eadem exhiberi nemo dubitat. Sed quia Accentuatores h. l. plures voces conjunctas vident, quod contra eorum hypothefin; ideo hunc locum ad Anomala referunt, dicentes: 1) ⁹⁹ poſitum eſſe loco _v. 2) _v _v Munachos occupare locum diſtinctivorum in vocibus *diſtribuerunt*, & *sacerdos*, & locum conjunctivi in voce *Eleaſar*. Sed omnia inutilia ſunt; ⁹⁹ poſitum eſſe loco _v, prodeſſe poteſt Judæis, qui diverſos characteres diverſo tono exprimunt, non vero interpreti. Sive *Paſer* ſive *Vaccæ cornua* h. l. habeas, ſenſus idem manet. Munachos diſtin-

ſtin-